fructuosos. Meminerat enim quod per aggeum dominus locutus est. quo quarto
et uicesimo noni mensis a die qua fundatum est templum domini omnipoten
tis. uineam inquit, ficus et mala granata et ligna oliuae quae non afferet
fructum. ex hac die benedicam. quae reuelatur sub ipsum anni uergen
tis occasum. hoc est seculi iam senescentis occiduo. sanctum dei templum quod est
ecclesia esse condendum. cuius gratia per sanctificationem lauacri. iudeorum natio
numquam ipsi. fructum suorum possunt habere meritorum. Ergo per naturam
arboris synagogae species indicatur. sed dis prouentibus fructuosa.
Hos enim ex patrum semine. Merito quoque iudei grossis labentibus compa
rantur. quod incrassato corde et praedura ceruice ad perennitatem super
uenire non possent. Et si moriantur et quasi decidant huic mundo. ut in in
teriore hominem per lauacri gratiam renascantur. erunt utique fru
ctuosi. Perfidia autem hominum pertinacium. synagogam inutilem fecit. et ideo
quasi sterilis uidetur excidi. Quod de iudeis dictum omnibus cauendum arbi
tror. et nobis maxime ne fecundum ecclesiae locum uacui meritis occu
pemus. qui quasi mala granata benedicti. fructus ferre debemus interiores.
fructus pudoris. fructus coniunctionis. fructus mutuae caritatis
et amoris. sub uno utero ecclesiae matris inclusi. ne aura noceat ne
grando decutiat. ne estus cupiditatis exurat. ne humoris ymber
elidat. Nonnulli tamen ficum istam per allegoriam non synagogae sed malitiae
et improbitatis figuram putant. hi tamen in nullo distant. nisi quod per spe
ciem genus eligunt. Id autem cauere se dicunt. quod dominus dixit ad ficum. num
quam ex te fructus nascatur in sempiternum. cum utique plurimos ex iudeis
credidisse et credituros esse nouerimus. Sed qui credit. non synagogae iam fru
ctus est sed ecclesiae. nec ex synagoga nascitur. qui renascitur in ecclesia. Sic enim
sunt qui ex nobis exierunt sed non erant ex nobis. si enim ex nobis essent nobiscum
mansissent. sic de his qui ex iudeis credunt dicimus. quod si ex synago
ga essent. in synagoga manerent. sed propterea exierunt de synagoga.
ut ex ea non fuisse credantur. Deinde per malitia inueniret aliquis. et di
ceret excolenda ut fructum afferret. cum ideo uenerit dominus ut se